



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 3. Quinam testari non possunt?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

*Not.* Testator tenetur hæredes instituere in portione legitima descendentes, & his deficientibus ascendentes, nisi justam exhæredandi causam habeat: unde hi dicuntur hæredes necessarii.

*Q. 3. Quinam testari non possunt?*

*Resp.* 1. Qui carent usu rationis, ut infantes & perpetuò amentes. 2. Filius-familias. Si tamen pubes sit, potest testari de bonis castrensibus, & quasi castrensibus ad quaslibet causas, & de adventitis ad pias causas: sed cum Patris consensu, ex cap. 4. *de sepult. in 6.* 3. Servus. 4. Religiosi solemniter professi. 5. Prodigii post interdictam administrationem. 6. Qui commiserunt aliquod crimen, cui jure annexa est talis poena, & morte damnati. 7. Clerici de bonis Ecclesiasticis, cap. 9. *de Testam.* in multis tamen locis consuetudo est contraria, sed semper tenentur de iis in pias causas disponere: nam juxta communem sententiam tenentur jure divino naturali ea bona toto vitæ tempore sic impendere. Quare nulla consuetudo, nec potestas humana potest eos excusare, vel dispensare.

*Q. 4. Quid est Codicillus?*

*Resp.* Est scriptura continens ultimæ voluntatis dispositionem circa ea, quæ quis vult fieri post mortem citra hæredis, seu legatarii universalis institutionem. Adhibetur ad legata, ac fidei-